



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod non est aliquid in Deo quod non sit Deus. I

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

festum est Deum abusive substantiã vocari. vt nomine vfitatiore intelligatur essentia, & vere ac pprie dicitur, ita vt fortasse solum Deũ dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est.

Quod non est aliquid in Deo quod non sit Deus.

HUIUS autem essentia simplicitas ac sinceritas tanta est, q̄ non est in ea aliud, quod non sit ipsa: sed idẽ est habens, & quod habetur. Vnde Hilari⁹ in septimo libro de Trinitate ait, Non excõpositis De⁹, qui vita est, subsistit: neque qui virtus est, ex infirmis continetur: neq; qui lux, ex obscuris coaptatur, neq; qui spiritus est, ex disparibus formalis est: totũ quod in eo est, vnum est. Idem in octauo libro de Trin. Non humano modo ex cõpositis De⁹ est, vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat: sed totũ vna est natura scil. perfecta & infinita, & nõ ex disparibus cõstituta, sed viuens per totũ ipsa. De hoc eodem Boetius in primo libr. de Trinitate ait: Quocirca hoc verẽ vnum est, In quo nullus numer⁹, nullum in eo aliud præter id quod in eo est: neq; enim subiectum fieri potest. Aug. quoque in libro de fide & symbolo dicit, in Dei substantia nõ est aliquid quod non sit substantia: quali aliud sit ibi substantia, aliud quod accidit substantiẽ. Sed quicquid intelligi potest, substantia est. Verũ hæc dici possũt facile, & credi: videri autẽ nisi puro corde omnino non possunt. Item Aug. in xv. lib. de Trin. Sic habetur in natura vniuscuiusq; trium, q̄ qui habet, sicut immutabilis simplexq; substantia. vnde Isidor. ait; Deus simplex dicitur, siue non amittendo quod habet, seu quod aliud nõ est ipse, & aliud quod in ipso est. Et cũ tantæ simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina, est tamẽ in ea Trinitas personarum. Vnde Aug. in li. ii. de ciuitate Dei: Non ppter hoc natu-

*Paulo post
medium l. 7.*

*Non longe
à fine libri.*

Boetius c. 3.

*Cap. 9. circa
finem eius-
dem to. 3.*

*Cap. 4. circa
finem.*

*7. libro ety-
mologiarum*

Cap. 1.

*Cap. 10. in
prin. tom. 5.*

ram summi boni simplicē dicimus: quia est pater in ea solus, aut filius in ea solus, aut spiritus sanctus in ea solus, aut quia est sola ista nominū Trin. siue substantiā personarū, sicut Sabelliani putauerūt. Sed ideo simplex dicitur, quia est hoc quod habet: excepto quod relative quæque persona ad alteram dicitur, nec est ipsa. Nam utriusque pater habet filium, ad quē relative dicitur, nec tamen ipse est filius: & filius habet patrem, nec tamen ipse est pater. In quo vero ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur unus habēdo vitam, & eadē vita est ipse. Propter hoc utriusque natura hæc dicitur simplex, quod non sit aliud habens, & aliud id quod habet, sicut in ceteris rebus est. Nō enim habens liquorem liquor est, nec corpus color, nec anima est sapiētia. Ecce quanta est identitas, quāta est unitas, immutabilitas, simplicitas, puritas diuinę substantiæ, iuxta infirmitatis nostrę valetudinē as signauimus.

DE DISTINCTIONE TRIVM
PERSONARVM.

DISTINCT. IX.

NVNC ad distinctionē trium personarum accedamus. Teneamus ergo, ut docet August. in li. de fide ad Petrum, patrem & filium & Spiritum sanctum vnum esse Deum naturaliter: nec tamen ipsum patrem esse, qui filius est, nec filium esse ipsum qui pater est, nec spiritum sanctum esse ipsum qui pater est, aut filius. Vna enim est essentia patris & filii & Sp. S. in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: quamuis personaliter alius sit pater, alius spiritus sanctus.

Hic de coeternitate filii cum patre.

GENITVS est enim à patre filius, & ideo alius, nec tamen ante fuit pater, quam filius: coeternæ enim sunt sibi tres personæ.

Argu.

*Aug. Cap. I.
207. j.*